



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Quando debet elici actus contritionis ab eo sive Laico, sive Sacerdote, qui urgente necessitate, sine Confessione ad Eucharistiam accedit. §. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

ratia, tam
a confugiat
lavibus illa
sive ex con
ramentob
remissa sup
it id, sine ul
no tempore
nilio hoo
reverentiam
d quod inde
volunt. Tri
a contra no
atenus all
os esse, sic

tra ipsam missam: & de aliis si-
nibus casibus. Ut etiam, ad
quod tempus se extendat illud
(quam primum) ad duos, ad tres,
ad plures ne dies? Quæ omnia
fused apud Doctores Gg in quæ
tionem adducuntur. Sed quo
iam nos probabile duximus,
hoc non esse nisi consilium; illa
querere superfluum existima
mus: uno enim verbo quæstio-
nes omnes amputavimus: Ad
nihil ex obligatione teneris.

Gg De
Lugo de
Euc. d. 14
sect. 7.

§. 7.

*Quando debet elici actus contritionis
ab eo sive laico sive Sacerdo. e.,
qui, urgente necessitate sine con-
fessione ad Eucharistiam acce-
dit.*

56 **D**E Laico non est diffi-
cultas: satis enim est
feliciat immediatè ante ipsam
sumptionem: & quia sumptio,
seu manducatio substantialiter
fit

*a De Lug.
de Euch.
d. 12. sec. 2
n. 29.
Hurtad.
de Euch.
d. 8. diff. 8
initio a-
liquo.*

fit cum cibum deglutimus, seu
trajicimus, non autem dum ille
est in ore, a quando solum ini-
tiativè est sumptio: ideò proba-
bilissimum puto, satis esse, si
actus contritionis fiat, dum in
ore habetur sacratissima hostia.
Certum tamen est peccare eum,
qui, sine determinatione elici-
endi actum contritionis, acced-
it: esto deinde mutatus se ju-
stificet. Immo addo eum, qui
cum intentione se per contritio-
nem justificandi intra illam mo-
rulam, qua sacratissima hostia
est in ore communicat, difficul-
ter non peccaturum: quia in
magnum periculum actum con-
tritionis eo brevi tempore non
eliciendi se volens conjicit. Vbi
tamen erit doctrina dato in ali-
quo raro casu, quo receptus in
ore Christus Dominus forte ipso
divino tactu peccatricem illam
animam illuminare, atque con-
vertere non dedignabitur.

57 De Sacerdote videtur ma-
ior aliqua difficultas, si post in-
ceptam missam, se esse macula
mortali sordidum recordatur.
Respondeo tamen facilè, b debe-
re actum contritionis elicere ante
consecrationem (& aptissi-
mum tempus judico dum est in
Memento) si peccati recordetur
ante illam: si verò post consecra-
tionem peccatum in mentem ve-
niat; satisfecerit, si sese conterat
immediatè, ante consumptio-
nem. Ratio utriusque est, quia
præceptum existendi in gratia
urget quando conficitur, &
quando suscipitur Sacramen-
tum.

58 Dices. At Sacerdos post
consecrationem, ante consum-
ptionem, necesse habet tangere
Sacratissimum Christi corpus.
Respondeo, quamvis aliqui in
peccato mortali illud attinge-
re, mortale propter irreveren-
tiam esse autument; probabi-
lius

b Ex De
Lugo d. 4
de Euch.
sess. 6.
n. 134.

e Hurtad. lius et tamen est, non esse, nisi ad
de Euch. summum veniale. Ratio est
d. 9. diff. 1. quia non est censenda tanta irre-
aliquae. verentia, ut ad mortale pertin-
 gat.

d Laym. 59 Confirmatur, quia quam-
l. 5. c. 5. n. 8 vis nonnulli asserant a Sacerdo-
 tem mortali crimine deturpa-
 tum mortaliter delinquere, si
 Eucharistiam fidelibus porri-
 gat; tamen aliqui merito id ne-
 gant: quia tunc Sacerdos non
 conficit Sacramentum, sed so-
 lum dispensat consecratum, ad
 quod tanta dignitas nequaquam
 requiritur. Idemque est de Dia-
 cono quando, ex speciali Sacer-
 dotis commissione, Sacram Euc-
 charistiam aliis porrigit: si qui-
 dem tunc non conficit, sed solum
 dispensat. Si ergo probabile id
 est; quanto magis probabile fiet
 mortalem culpam non esse so-
 lum attingere.

e Vasq.
quae citat
& sequi-
tur De
Lugo d. 8.
de Sacr. in
com. sec. 9.